

... et p...  
... er...  
... **Q**...  
... qua  
... fenu  
... pmanes  
... ganat  
... **Q**...  
... tris  
... filii  
... ne  
... nobis  
... dam  
... **ne** **le** **po**  
... qua  
... no du  
... inoce  
... mti  
... glari  
... **Q**  
... ndas

**H**oc est. Conuenienter  
nobis iunū in ho est  
duicā cena mēnōrie. In  
q̄sq; enī suā cenā p̄sumit  
admāducādū. Et alī quide  
esurit. alius aut̄ eius est.  
Nūquid domos nō hēns ad  
māducādū. et bibendū. et  
ecclia; di cōceptans. et cō  
sūdins eos qui nō habet.  
Q̄d dicit̄ nobis. Laudo uos  
in hoc nō laudo. Ego enī ac  
cepi ad dō. q̄d et tradidi uob.  
qm̄ dñs ihc in q̄ nocte t̄ce  
bat. accepit panes et grās  
ages fregit et dixit. **H**oc ē cor  
pus meū q̄d pro uob t̄ce.  
hoc facite in eā cōmēnō  
nē. **S**umit̄ et calicē post  
cenam dicens. **H**ic calix uo  
uū testamētū ē in ea saque







51  
Θεὸς σωπαλάμα.

ΕΥΦΗΜΙΑΙ ΓΑΜΙΚΑΙ  
Honesti iuxta & docti viri-juuenis, Dn.

**PAVLI SORGII,**  
GREVENTHALENSIS Fr.  
S. S. LL. studiosiss. nec non Senatus Li-  
psiensium prudentissimi amplissimiq̄ue  
Scribæ negocijs paganicis præfecti;  
S P O N S I,

*Ad X. Calend. Februarij Anni ineuntis à Chri-  
stonato c 15 15 1c.*

matrimonium contrahentis

C V M

Lectissimâ castissimâq̄; virgine

**SABINA,**

Integerrimi doctissimiq̄ue viri Dn.

**MICHAELIS VOCTI,**  
Ciuis ac Cantoris Torgensium Reipub. vigilan-  
tissimi, filiâ dilectissimâ;  
S P O N S A.

*Concinnata, dicata, consecrata Φιλο-*

*Φροσῶνς ergò ab*

*Affine & amicis.*

257



Andr. Tiraq. l. 2. connub.  
nu. 64. & seq.

*Vxor formosa duabus potissimum & minimè contem-  
nendis rationibus, & diligenda, & omnibus votis expeten-  
da est. Primum quidem, ut formosa vxor formosos tibi  
pariat filios, qui plerunq; speciem effigiemq; matris referre  
solent, ut attestatur Germanorum ex Blebelio adagium:  
Ex turpi vaccâ turpis generatur vitulus. Secundum,  
vxor formosa ob id etiam ducenda est, ut spreto aliarum  
concupitu, cum eâ, quantum fas est, haud agrè delecteris,  
matrimonialemq; palestram non insuauiter exerceas:  
Non enim ad pœnam (cui, qui deformem duxerit, sese ad-  
dicit) statutum est matrimonium, sed ad solatium, ut  
statim in fronte perhibent sacra litera, atq; etiam ad ho-  
nestam inter cetera voluptatem, &c. Hac Tiraq. d. l.*

M. B. F. L.



## I.

**P**Rincipium fertur vitæ sortisq; benignæ  
 Quod stat concordi foedere coniugiū.  
 Iuncta fides iungit mentes, & reddit acerbum  
 Dulce, potest quicquam suavius esse nihil.  
 Hoc benè perpendit, reor, ac animo ante p̄git,  
 Quæ petit amplexus, P A V L E, S A B I N A, T U O S.  
 Quis non effugiat curas? tamen huic ruis ipse  
 Quantus es, heu, molli *cura* fouenda sinu.  
 Nō ego quærā ex hac habeat quot lectulus, in te,  
 Namq; omnes, curas, exhibet ipsa suas.  
 Forma perit curâ, formosæ parcere iure  
 Te decuit; rapuit te magis illa sibi.  
 Et quem non rapiant fulgentes oris Elenchi,  
 Æmula sidereis lumina luminibus!  
 In primis frons celsa, decor, q̄q; omnia supplet  
 Grata Deo pietas, sedula cura domus.  
 Hæ sunt vxorum dotes, qui viuere non vult  
 Quærat diuitias, & velit vsq; mori.  
 Verus amor spectat mētē, iussumq; Deorum;  
 Iungantur fato femina virq; toro.  
 Paupera vel diues fuerit, discrimine paruo  
 Hic habet, in solis moribus immoritur.



Abs te si solo pendes, cadis ; & tibi vitam  
Illa vel hæc miseram reddere iure potest.  
Hæc quoq;, PAVLE, fuit tua mens, committere fa-  
Hanc rem, nec proprio viuere iudicio. (tis  
Inde Deus faciet, felici fidere cedat  
Ut thalamus, cuius cepit ab auspicijs.  
Neue tibi desint, quas signas nomine, *curæ*,  
Quid tibi quàm *curas* cõprecer vsq; nouas?  
Quolibet ergo anno vel denis mensibus edat,  
Hæc geminas *curas* Sponsa SABINA tibi.  
Quot *curas* paries nobis? Hymenæon ad ignes  
Duximus, in *curas* nos quoq; Musa trahet.  
Si fuerint matri similes, referentve parentem;  
Esse suas quis non virgo puerq; volet?  
Euentura precor: compleuimus æthera votis,  
Cum *curis* veniat fors quoq; læta tibi.

M. Ioannes Suenius.



Teq<sub>83</sub>





II.

**T**Eg, suis tandem Venus, ô lectissime **PAVLE**,  
Geticis laesit arcubus?

Tutum quem vidi per tempora longa latere,  
Tegente scuto **PALLADIS**.

Nunc verò victus, voces ad sidera tollis,  
Est herba danda **SORGIO**.

Sæpè quidem delusa, est at, **Cytherea**, reuersa,  
Te laesit osculis suis.

Ergò dolente, latens cepisti, pectore vulnus,  
Quod heu, recens virum manet.

Nil valet **HIPPOCRATES**, nil **CVRTIVS** arte peritus,  
Nil hîc valet **VESALIVS**.

Nil valet hîc **PHOEBVS** medicos doctissimus inter,  
Valet nil **ÆSCVLAPIVS**.

Nil valet hîc succus, puluis nil efficit vllus,  
Nil herba quicquam proficit.

Verùm, sola, tuum vulnus tibi, **S P O N S E**, leuabit,  
Quæ reptat herba in lectulum.

Sola potest hæc, pectoris est & sola perita  
Tui mederi flammulis.

Nil iuuat hîc **RHENVS**, nil **PLISSA**, et flavus **ELISTER**,  
Nil **SALA**, nil **AMISIVS**.



Nil etiam RHODANVS, nil SEQVANA, nilq; VISVRCIS,  
Nil ALBIS, hinc nil LVPIA.

Hæc, etenim, rapidis, tua sola, SABINA, perita  
Novit mederi flammulis.

Hæc igitur tollet, quod non tibi tollere noscis,  
Licet ÆQVOR omne affluat.

Hæc etiam tibi LVX erit, hæc tua VITA, SALVsq;  
Erit tuumq; SVAVIVM.

Hæc tibi, SPONSE, DECVS rebus felicibus, atq;  
In turbidis SOLATIVM.

Hæc igitur sit, PAVLE, tibi nunc iuncta SABINA,  
Tibi hæc SABINA chara sit.

Contentusq; tuâ sociâ sis, optime SPONSE,  
Illâ & quiesce lectulo.

Tu quoq; SPONSA SABINA, tuo te iunge MARITO,  
Subiecta sis huic coniugi.

Huncq; tuum semper tu dilige, SPONSA, MARIVM,  
Et hunc verere coniugem.

Hic rursus tibi LVX erit, hic tua VITA, SALVsq;  
Erit tibiq; SVAVIVM.

Hic erit in mæstis tibi consolatio rebus,  
Erit tuumq; CORCVLV M.

Ergo tuum PAVLVM nunc accipe SPONSA SABINA,  
Illiq; tu subiecta sis.

Sis



Sis quoq; cum socio contenta tuo, NOVA NUPTA,  
Illo ac quiesce lectulo.

Gratulor ergo tibi tali de munere, SPONSE,  
Felixq; sis coniunx precor.

Gratulor atq; tibi tali de munere, SPONSA,  
Felix torusq; sit tuus.

Vivite concordēs, ac ducite NESTORIS annos,  
Sic vsq; coniuges novi.

Insuper & multis, vos crescite, suavis atq;  
Solum replete foetibus.

Quod superest, bona vota cadant, habeant quoq; pondus  
Utriq; coniugum nouo.

Paucula quae cecini, ceu spero, mentibus æquis  
Vos consulatis optimè.

Verae τῆς ἀδελφότητος καὶ συγγενείας declarandæ ergò, f.  
BLASIVS FRANK Iunior  
Lipsiensis, Philosophiæ & opt.  
art. M.





Ἀσπροναιτὸμα.

III.

**D**Vm Tibi, PAVLE, iugat sacras Hymenæus ad aras  
Pronubus eximiam facie stellante SABINAM:  
Marsq; Venusq; domo coeli spatiantur in vna.

Monstra quid hæc monstrant? an Mars tibi Cypri  
repugnat?

Haud credo, quid enim pugnâ lucentur inani,  
Quos Amor arcitenens semel, & Vulcanus ahenis,  
Amplexu in medio, validè vinxere catenis?  
Tu testis testaris idem: quàm nexibus arctis  
Dulcis amor duo iuncta fide sibi corcula iungat.  
Tu modò solue metus: Cœlo tibi, SPONSE, sereno  
Astra micant, fausto fatum voluentia lapsu.  
Marsq; Venusq; iubet Sponsum circumdare Sponsam;  
Cynthius Iliaci residens Ganymedis in vrna  
Imperat omne mero & vero dare tempus amori.  
Neu timeas sacram Veneri peragrare bilancem  
Saturnum, lepidos ludosque iocosque perosum:  
Cancris more retrò vestigia tarda reflectit,  
Idalium Phœbe lustrans Latonia Taurum  
Plurima promittit geniali pignora lecto.  
Tu modò rumpe metus; quisquis duce & auspice  
Christo,  
Fatalem socio sociat sibi fœdere Nympham;  
Cuncta vident tædas astra aspirare secundas.

ὄνομα-



Ὀνοματοχαιεντισμὸς ad Sponsum.

PAVLVS ES: at MODICE duras admittere CVRAS  
 Non potes. Ipsa tuæ duxq; comesq; viæ.  
 Stas; stat CVRA: sedes; sedet: îs; it CVRA: re-  
 surgis;  
 Surgit & illa: iaces; & simul illa iacet.  
 At benè! quas tua CVRA nequit secludere CVRAS:  
 Secludit CVRIS HAEC NOVA CVRA suis.

Ad Sponsam.

Dulcior arbutis, diuina SABINA, Sabæis,  
 Inter an Ausonias es nurus vna nurus?  
 Maior es Ausonijs nuribus. Tu nanq; SABINOS  
 Cœlicolas superis, Myfa SABINA, dabis.  
 Tu modò tu Sponso pare; lectoq; quotannis  
 Pignora fœcundo bina SABINA pare.

ἑρονόδιον.

CepheIs sVpero sVa braChla sVbLeVat aXe,  
 CVMtVa, PaVLe, thoro braChla Sponfa  
 Ligat.

M. Ioannes Försterus Auro-  
 bachius, suo amico & συοσι-  
 τῷ amicissimo finxit.



*Vix Salve Elistro dixeram iam denuò,  
 Muldâ relicto; Hem, Paule, reddit de tuis  
 Amicum amicus certiozem nuptijs.  
 Hinc letor, intimaq; mente gratulor,  
 Clemente protecto sub umbrâ Numinis,  
 Servato & usq; his expetitis gaudijs.  
 Nam quis foro non ominetur optima  
 Et leta vestro quaq; quos quidem Venus  
 Sic iungit aqua, par columbarum velut.  
 Desideratum virgo Sponsum, nec minus  
 Desideratam virginem Sponsus capit.  
 Ergo fauete nuptiales linguis,  
 Sonate iò, sonate ter: Thalassio:  
 Potente chordâ & consonantibus modis,  
 Dum musicâ nunc tota perstrepat domus.  
 At vos bonis sit cura concessis frui  
 Noui mariti; namq; suspensa incubat  
 Aetas gradu mox serior, qua corporis  
 Vires viris aequè atq; demit fœminis. (monet,  
 Sed quorsum ego ista? Noctis umbra ipsa ad-  
 Dudumq; lusus ad cupitos iam vocat.*

Georgius Schreinerus M.

Quæsitum





## V.

QVæsitū est, iuueni vidua an ducēda sit vxor,  
 An formā præstās virgo probāda magis?  
 Hoc animū multis nunc huc nunc diuidit illuc?

Consilium in melius quisq; referre studet.

Quod tibi si viduam sociali fœdere iungis,  
 Gnaua domus curā te leuat illa tuæ.

Namq; tuenda ipsi res tota domestica nota est,

Atq; suum nouit demeruisse virum.

Virgo at inexperta est, atq; harum nescia rerum,

Hæc, tibi, dum discit, nil superesse potest.

Nec tamen & viduā sibi ducere commoda præ-

Nā cupida imperij regna tenere volet. (stat:

Inq; molesta tuas semper tibi succinit aures;

Dum vixit coniux, sic prior, inquit, erat.

Sicq; tuæ vxori fies vaga fabula sæpè.

Hæc cui non meritò tædia mille ferant?

Virginis at mores potis es mutare tenellos,

Hanc, tibi quô placeat, sedula cura premet.

Et quia fœminei feruentia pectora sexus

Arrodit blandæ crimen auaritiæ: (mna,


Haud facilè admittet, tibi quô struat aspera da-

Sed tua peruigilans, vt tueatur, erit.



Quo poterit, summo contendet virgo labore,  
Ne capiat mentem sollicitudo tuam.  
Hanc quoq; PAVLE, tuo iactasti pectore curam  
Sæpius & celsit mens variata loco.  
Virginis hinc mores tibi complacuere pudici,  
Laudo, precorq; tuum sic benè cedat opus.  
Hæc etenim à cunctis communis opinio fertur,  
A quâ fœmineo non decet ire foro.  
Formosa est iuueni formoso danda puella,  
Nam similis simili se sociat socio.  
Connubij hæc igitur sint vincula prospera vestri,  
Sit vobis casto non sine amore fides;  
Mella, boues, lanæ, segetes, lac, dulcia vina,  
Sint vestræ semper munera larga domus,  
Paululus & vocitet vel parua Sabinula patrem  
Te: quos suscipiat chara SABINA tibi.  
Quod precor eueniet: Tandem hos Sponse ac-  
cipe versus,  
Paupere quos tribuit nostra Thalia manu.

*Sigismundus Finckelthufius Lips.  
Philos. & opt. art. Bac.*



V I.


*QV' i tibi, Sponse, negem felicia dicere vota  
Dum celebras thalami gaudia leta tui!*

*Vota*



Vota mouent superos casto si pectore fiant :  
Res nostra votis stantq; caduntq; suis.  
Quò magis ergo tibi faueo, magis ipse secunda  
Hoc tibi fortuna dona benigna precor.  
Huc ades ergo Deus, Sponsis hæc gaudia lato  
Fac, rogo, succedant semper ut auspicio.  
Sint procul à thalamo questus, discordia tristis:  
Adsint illecebra, pax, iocus, alma fides.  
Sit iuuenis Sponsa, iuuenis sit Sponsa marito  
Semper, ut unanimes sint in amore pares.  
Mella thorus fundat, nõ desint vina Falerna,  
Juno ferat fausti pignora fausta thori:  
Hoc precor, ac opto Deus ut det plura petitis:  
Illius arbitrio, quod venit, omne venit.

Ioannes Paulus Monachus.




V I I.

**P**Aule quid excrucias animum, paterisq; dolorem,  
Si quando mentem Nominis omen inuit.  
Cura penes Iovam: geminos qui iungit amantes;  
Ut benè susceptum dat tibi cedat opus.  
Cura penes te sit, Christi confidere verbo,  
Turbida; nec surgant nubila corde tuo.



Sic optata feres; dulcissima germina nati  
Accrescant teneri, pace stet aucta domus;  
Et longæua trahas felicis tempora vitæ;  
Quid *curas* supero cætera ferre Deo?

*Tobias Vbelacker suo amico &  
commensali.*




VIII.

**D**Um tibi, *PAVLE*, thoro sociam coniungis amicam:  
Ecquis erit qui non carmina læta canat?  
Gratulor ergo tibi felices *PAVLE* hymenæos,  
Connubioq; precor prospera quæq; tuo.  
Edite concordēs felicia pignora læti,  
Vestraq; sit multâ prole beata domus.  
Sic age: sic viues castus cum coniuge coniux,  
Nec, s' spero, mea erunt irrita vota, vale

Suo amico & commensali

Daniel Vbelaker Paranympus.



IX.


**D**Um ducis thalamo formâ præstante puellam;  
Optima *PAVLE* tibi fundere vota decet.  
Vos Deus omnipotens longos conferuet in annos,  
Atque beet vestrum prosperitate thorum.

Abfit



Abfit Eris : vestras constans concordia mentes  
Colliget , & puro pectus amore flagret.  
Plurima succrescant vobis pia pignora lecti,  
Quæ pariant multis gaudia multa modis.

*Christophorus Reicheldt Lips. F.  
Paranymphus.*




X.

**E**lice *P*AVLE tuo nunc tandem pectore *C*VRAS;  
Dum subit in thalamos Sponsa *S*ABINATUOS:  
Ipso Sponsa tibi vel dulcis nomine : verum  
Ceu *C*OLIT ipsa Deum; sic *C*OLET vsq; virum.  
At toto letare tuo pia pectore Sponsa;  
Molliculoq; fove gaudia mille sinu:  
Namq; *P*ETITVS adest tot per suspiria Sponsus,  
Parta tuo & cordi est hac ratione *Q*VIES.  
Euentura loquor : Summus Deus omnia firmet;  
Et Sponsis donet prospera quæq; nouis.

Martinus Nahgeborn.


F I N I S.



Lipsiæ,

*M*ICHAEL *L*ANTZENBERGER  
*I*MPRIMEBAT.





H  
M  
NA  
ru  
  
PV  
FEL  
M  
I  
  
Q  
  
AVG  
Fe  
  
23  
S







aut emissa voce magna ex  
piravit **ps. nr.** Et uidi ce  
ph lassu e' in duo. alio me uita  
deorsu. Vides aut' e' in quo  
exadulo stabat. ga sic clamor  
expirasti ait. Ver' hic homo  
di filius erat. Erat aut' e' in  
heres de lege aliter. Me  
qs erat in me. Me' p' d' e'  
et maria. In me' p' d' e'  
yoseph man' e' salu' me  
Et cu' e' in me' p' d' e'  
eu. et misit. Me' p' d' e'  
miser q' h'ent e' in me' p' d' e'  
ultra. **ex.** **E**rat  
seru e' in me' p' d' e'  
erat qd' e' in me' p' d' e'  
yoseph alio in me' p' d' e'  
decurio qd' ipse e' in me' p' d' e'  
decurio di. Et in me' p' d' e'  
me adp' s'ate e' in me' p' d' e'